SYLVA VARIORVM
ET DIVERSORVM CAR:
MINVM ET EPIGRAM:
MATVM.

ROD. GVALTHERVS TIG.

1541

Attamen hoc unum cupio meminiſse Viator
Filij ut obſerues dogmata ſancta mei.

Oratio Dominica.

+ O pater ſummo reſidens Olympo
Qui mari & terris Pelagoque ſereno
Imperas hec mun[ere] ai precantis
Suſcipe vota.

Fac tuum nomen, decus & poteſtas
Omnium ſancto venerere ores,
Moribus meis tua fac perennis
Gloria reſtat.

Fac cadat mundi rigidum minaxque
Quo nimis ipſi lachrymas rigamus,
Et tum nobis meliore ſurgat
Tramite regnum.

Sancta ſit nobis tua fac voluntas
Sicut in coeli ſolet eſſe regno
Ut tuas leges meditemur uſque
Corde fideli.

Coelitus miſſis animas fideles
Paſcito verbis, dapibusque iuſtis
Ut ſoles mundum refouere, nostra
Corpora paſce.

Criminum noſtrum rigidus videri
Ne velis iudex, ut & nos videri
Poſsimus miti, facili, benigno
Pectore in hoſtem.

Corda tentari male firma fraude
Ne sinas queso cogitamus omnes.
Sed magis sancto stupidas gubna
Numine mentes.

Libera natos Saturne cruenta
[illegible] manu [illegible], rapiat perennis
Ne dolor [illegible] nimis tremendi
Carceris astu.

Ad D. Joan. Bullingero Vorio in ele-
gione laboratem iocus.

Que te languentem cruciat nunc cura Joannes?
Ut sorbleas vitam nocte dieque trahas?
Quid iuvat in tectis totas agere luces?
Quidue domi tota nocte cubare iuvat?
Quin nunc aucupio pdices fallis inertes?
Quin lepus et rapidos [illegible] petita cani?
Hei nimis deses nimisque oblite sodalis
Quis nostros visis dulcis amice lares
Hunc testudineo pedes arcuerere [illegible]
Si tardi nequeunt arretare pedes.
Non possum (dicis) Quis nam tua corpa languor
Occupat? aut tanti quod tibi ita mali est?
An ti constricto claudunt guttura verba?
Et retinet coeptos lingua verenta sonos?
Arripe non vana doctam sodalicion arte
Ut ti Vuestphalico pharmaca ab ore feres.

Desijt, et rarus videt in ore rubor.
Laxior ex humeris pendet toga, crura vacillant,
Exhaustum taliger iam femur esse docent.
Non puto adhuc te facti poenitet, attamen ille,
Quo tota evanuit tam cito fronte tumor?
An nocturna tibi evacuant certamina venas?
Atque ori induerunt nubila caeca tuo?
Crede mihi, si sic perrexeris, omne peribit
Robur, et in toto qui fuit ore vigor.
Parce tibi, si non tenerae vis parcere sponsae,
Et facito, ut possis, quod cupis, esse diu.

In Carolum V de Magdeburgo
et Metensium urbe.

Quae fortuna manet tandem te Carole? nuper
~~Infuga~~ Elusit vires virgo pudica tuas.
Nunc etiam meretrix tua iussa subire negavit,
Crede mihi, non sic tenditur ulterius.

Aliter.

Ante tuas vicit vires generosa virago.
Nunc etiam meretrix iussa subire negat.
Quae te igitur fortuna manet, ter maxime Caesar?
Sic pergendo potes ter minimus fieri.

+ In funere Foelicis Bullingeri,
qui obijt anno aetatis VI. 1553
Martij 22.

Mortuus haud ego sum. Quid fles matercula? Corpus
Dormit, mens summi vivit in arce poli.
In terris Foelix dicebar nomine: nunc sum
Foelix, aetherea dum fruor Ambrosia.
Nec te deserui aeternum, prior alta subivi
Tecta Dei, aeternis tecta repleta bonis.

Illic

Illic te expecto, quo tu post ista sequeris,
Illic me poteris chare videre pater.
Illic me fratres recinent, et turba sororum,
Et quotquot Christo fidere vita solent.
Ducite foelices, quae restant, tempora vitae,
Det et vt in Christo viuere posse diu.

De Frisio et equo refragatore.

Assuetum vetulae limen transibat amicae
Frisius, in celeri conspiciendus equo.
Jamque animo recolens veteris solamen amoris
Raptus in hunc dubio pectore totus erat.
Sensit equus domini mentem, cupiensque placere
Noluit in coepta longius ire via.
Atque refragator nunc dextrum, nuncque sinistrum
In latus incertos versat in orbe pedes.
Tunc tuos aliquem Frisi celabis amores?
Quos nimium sagax tam cito sensit equus!

In imaginem D. Volphgangi
Musculi Theologi.

+ Est à mure mihi nomen: sic fata dederunt,
Quae nihil incerta cum ratione mouent.
Maxima suffodiunt contempti moenia mures.
Suffodio Latij moenia celsa papae.

Frisius cacans.

Frisius inflati veteris sub tegmine quercus
Deponens ventris non leue pondus, ait:
Hoc ego tam certo signabo limite pratum,
Nasutus nemo tam sit vt hunc moueat.

Cum luctum deponeret
in secundis nuptijs.

\+ Haec tibi suspendo luctus insignia nostri
Quem tua mors nobis, Regula chara, dedit.
Temporibus dandum est aliquid, regenda voluntas,
Ne videar victa succubuisse fide.
~~Pono~~ Lugubres posui vestes, sed corde dolorem
Ponam, cum potero non memor esse tui.
Non memor esse tui potero, cum vita peracta est.
Luctus cum vita desinet ergo meus.

In tumulum Rodolphi Halleri,
sui ex Baptismo filij.

\+ Heu ne iaces dulcis spes magna, Rodolphe, parentis?
Heu ne tuum mersit mors inopina caput?
Non inopina caput mersit mors: Omnibus una
In terris Lex est, Nascimur et morimur.
Non tamen haec Mors est, isto quam nomine dicunt,
Qui nullam vitae spem melioris habent.
Mors, quae vincta prius sub carnis mole gemebat,
Libera nunc summi vivit in arce poli.
Quaeque mihi fuerant multo discenda labore,
Cernere nunc coram perspicueque datur.
At sopita sub hoc quae respice membra quiescunt,
Laeta sub extremum sunt reditura diem.
Vivite felices, meum ô gaudete parentes,
Appulit in portum nostra carina suum.

De Helvetiorum foedere.

\+ Libertatis amor, studium rectique bonique
Helvetios iunxit foedere perpetuo.
Hanc gentem defende Deus, virtutibus auge
Hanc patrijs, christi et pacis amore fove.